

DOMINICA  
INFRA OCTAVAM EPIPHANIAE.  
IN INVENTIONE  
D. N. JESU CHRISTI  
IN MEDIO DOCTORUM.  
TOTUM DUPLEX.  
AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Aña. Ibant Paréntes Jesu per omnes annos in Jerúalem, in die solénni Paschæ. Psalmus Laudáte pueri. cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Isa. 55.

**O**MNES sitiéntes veníte ad aquas : et qui non habétis argéntum, properáte, émitte, et comédite : veníte, émitte absque argénto, et absque ulla commutatióne vinum et lac. R. Descéndit Jesus cum Paréntibus, et venit Názareth : et erat súbditus illis. Et Mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. \* Et Jesus proficiébat sapiéntia, et atáte, et grácia apud Deum et hómines. ¶. Honóra patrem tuum et matrem tuam : sic præcéperat Dóminus Deus in Lege Móysi, et ita in Fílio suo exémplum nobis præbuit.—Et Jesus. Glória. Et Jesus.

Hymnus.

**J**ESU magíster córdium,  
Servos replens dulcédine,  
Qui te labórant quærere,  
Et invenire géstíunt :  
MEMENTO summi gáudii,  
Quo recreásti péctora  
Castæ Paréntis Virgínis  
Et ejus almí Cónjugis.  
NON lingua nostra dícere,  
Nec mens valet pernoscere  
Quanto dolóre sáucii  
Natum requírunt únicum.

AMISSUS in templo puer Auges Paréntum gáudia,  
Inventus in templo sedens  
Intérque doctóres docens.

IN hoc vagántes sæculo  
Si cæcus error tráixerit,  
Fac rite nos te quærere  
Et te repérto pérfrui.

**J**ESU tibi sit glória,  
Qui te revélas ánnxiis,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempítérana sæcula. Amen.

¶ Hæc Stropha Jesu tibi. dici-tur in fine omnium Hymnorū. ¶. Ecce testem pópolis dedi-eum. R. Ducem ac præceptōrem géntibus.

Ad Magnificat Aña. Remánsit puer Jesus in Jerúalem, et non cognovérunt Paréntes ejus, exi-stimátes illum esse in comi-tátu : et requirébant eum inter cognátos et notos. Oratio.

**D**eus, qui húmilem Filii tui pueritiam cælesti clarére sapiéntia voluisti; præsta ut spíritu prudéntiæ repléti sincera tibi humilitáte placeámus. Per eúmdem.

Deinde fiat Memoria de Octava Epiphaniæ :

Aña. Vidéntes stellam Magi-gavisi sunt gáudio magno : et intráentes domum obtulérent Dómino aurum, thus et myrram.

¶. Reges Tharsis et insulæ múnera ófferent. R. Reges Arabum et Sába dona addúcent. Oratio.

**D**eus, qui hodiéerna die Unigénitum tuum Géntibus stella duce revelásti : concéde propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contem-plandam spéciem tuæ celsitú-dinis perducámur. Pereúmdem.